



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 29. Quæstio de pane Azymo discussa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

tentiam meam aperte universitati Filiorum Sæcul. XV.
jusdem meorum. Omnia igitur, quæ sentit, & quæ A.C. 1439.
dogmatizat Catholica, & Apostolica Eccle-
sia Domini nostri JESU Christi senioris Ro-
mæ, ipse quoque sentio, & iis me acquie-
scensem do, ac dico. Profiteor quoque Bea-
tissimum Patrem Patrum, & maximum Pon-
tificem, & Vicarium Domini nostri JESU
Christi, antiquæ Romæ Papam ad certam
omnium fidem, necnon purgatorium anima-
rum: in horum quippe fidem scriptum est
die mensis Junii nona, millesimo quadringen-
tesimo trigesimo nono, indictione secunda.
Fuit autem summi Pontificis jussu cum
summo honore, & amplissima funeris
pompa terræ mandatus in templo Fra-
trum Dominicanorum, in quorum mona-
sterio vivus diversabatur. Græcorum Præ-
lati ritu suo, interveniente quoque Imper-
atore, sacris operabantur, cunctis Car-
dinalibus, omnibusque Latinorum Epis-
copis has exequias præsentia sua hono-
rantibus. Andreas de S. Cruce epita- *Conc. Flor.*
phium tumulo ipsius versibus latinis ad- *part. II. pag.*
scriptum refert, quod Maffeo illius ævi ^{1131.} *apud Spond.*
Poetæ attribuitur, & in Actis Concilii *hoc an. n. 10.*
recensetur.

§. XXIX.

Quæstio de pane azymo discussa.

Justis ita Patriarchæ persolutis actum est *Conc. Gener.*
cum Græcis de reliquis articulis an- *to. 13. p. 1141*

F f 4

tea *& seq.*

Sæcul. XV. tea propositis, & in prima consultatione
A.C. 1420. quæstio de pane azymo agitari cœpit

Joanne de Turre-cremata hoc super articulo perorante, ac plurimo rationum apparatu comprobante, non minus validum esse consecrare panem azymum, quam fermentatum; imo in hac rei controversia consultius esse, Latinorum consuetudinem sequi, eoquod Christus Dominus in institutione Sacramenti Corporis sui duntaxat azymum adhibuisse panem, quod ipse pluribus testimoniis ex sacro Evangelio petitis ostendit. Grad in eandem sententiam abeentes conferunt, ut sive panis azymi, sive fermentati æqualis usus esset, dummodo alias consecratio fieret in pane ex tritici genis cocto, nec non a Sacerdote rite ordinato, simulque in loco solemniter consecrato.

§. XXX.

De verbis consecrationis.

Ibid p. 1153. Joannes Turre-cremata in secundo suo sermone ex Patrum testimoniis, valdisque rationum momentis docuit, quod per sola Christi Domini verba admirabilis illa substantiæ panis & vini transmutatio in corpus ac sanguinem Christi efficiatur; Nuntiatum enim erat Pontifici, hanc apud Græcos invaluisse senten-

tiam
ma
ver
inv
in L
siæ
Ecc
qua
cre
ster
fici

C
om
Fe
rer
qu
pia
ser
in
ma
re
me
ca
di
ho
pa
pr